



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCXVIII. Markgraf Ludwig verbindet das Kloster Neuzelle dergestalt mit
der Stadt Guben, daß er die Stadt nicht ohne das Kloster an eine andere
Herrschaft zu verweisen verspricht, am 24. Februar ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCCCXVIII. Markgraf Ludwig verbindet das Kloster Neuzelle bergestalt mit der Stadt Guben, daß er die Stadt nicht ohne das Kloster an eine andere Herrschaft zu verweisen verspricht, am 24. Februar 1347.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Rheni, Bauarie et Karinthie dux, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Tyrolis et Goricie Comes, Comoditates, quas ex vnione et similitate mutua credimus euenire, pensantes, et Monasterium Noue Celle eo, quod in bono statu conseruari poterit, ciuitati nostre Gubin annectere seu vnire decreuimus, sic, si quod absit, ciuitatem nostram Gubin prenotatam, nos a Dominio nostro matura deliberacione beniuole quocunque casu seu euentu fieret, alienare contingeret, ex tunc abbatem et fratres conuenticales, presentes et futuros monasterii preacti deuotos nostros dilectos, a promissa ciuitate ac consulibus ciuitatis, nolumus separari, sed Domino, cuiusque dictam ciuitatem decreuerimus assignare, vna cum eisdem, debebunt et poterunt commanere, Remouentes villam Ribeticz, quam libere possident, ab Aduocaciis nostris vrankenuordensi et Drosnensi sic, quod cum singulis iurisdictionibus, contribucionibus, pertinenciis et seruiciis quibuscunque Aduocacie Gubin debet adherere et sine contradictione nostri heredum et officiatorum seu aduocatorum nostrorum quorumlibet in antea subiacere. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero hujus sunt Nobilis vir Guntherus Comes de swarczburg, Dominus in spremberg, nec non strenui viri Albertus de Wolfstain, Berengerus Hele marscalcus noster, Johannes de Husen camere nostre magister, Hartmannus mager, Wolfhardus Saczenhouer milites et Nicolaus de Wolkow, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Vrankenuord, Anno Domini millesimo C^oC^oC^o. XL^o. septimo, sabbato post Dominicam Inuocauit.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab. Archives 374, Nr. 12. Der Ort der Ausstellung ist aus dem beschädigten Originale nicht zu ersehen. Einige Copien haben Brandenburg, andere Berlin. Klöden's Waldemar III, 462. Nach den Destin. lit. p. 1086. war es Frankfurt: und diese Angabe muß die richtige seyn, da der Markgraf Ludwig am 24. Februar 1347 noch mehrere andere Urkunden zu Frankfurt ausgefertigt hat.

DCCCXIX. Ritter Friedrich von Lochem quittirt den Deutschen Orden Namens des Königs Waldemar von Dänemark über 900 Mark Silber, am 23. Februar 1347.

Nos Fridericus de Lochem, miles, publice recognoscimus per presentes et ad noticiam omnium volumus peruenire, Quod religiosissimus vir, frater Henricus Tusmer, fratrum ordinis domus Theuthonicorum magister generalis, pro se et sui ordinis fratribus, ex parte domini Regis Dacie, nobis noningentas marcas puri argenti Colonienfis ponderis rite persoluit et complete, et nobis specialiter mille florenos aureos dedit et pagauit, de qua quidem pecunia dictum dominum magistrum ac fratres sui ordinis in